



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellus Sodalitatis: Hoc Est: Christianarum Institutionum Libri quinque

Coster, Franciscus

Antverpiæ, 1587

Carmen Sodalitatis Mogvntiæ, Qvo Sacratissimæ Virginis Mariæ Societati
Liber se commendat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46553](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46553)

CARMEN SODALITATIS:

MOGVNTINÆ, QVO SACRA-
tissimæ Virginis Mariæ Societati Li-
ber se commendat.

Parus, ut ontè liber, paulò tamen auctior, orbi
Editus, inuidiæ tela tremisco noue.
Vos ò virginei, lectissima pectora, cætus
Auxiliatrices obsecro ferte manus.
Non eo in acersos, armis ultricibus hostes:
Nec tandem arsurei semina spargo rogi.
Ut profum venio, profum quantum opto latendo,
Hac equidem orbatu luce latebo lubens:
Nec quenquam auersor, seu dogmata vera sequatur,
Seu prauum heretico tramite carpat iter.
Quisquis enim bonus est Matri deuotus Iesu,
Hic sibi dilectam qui veneretur habet.
Si quis in intactam verba euomit impia matrem,
Rectius ut sapiat, pharmaca mille fero.
Et cui sum fallax? non iara nouus hospes in orbem:
Prodeo; sunt ortus tempora longa mei.
Sæpe mihi interea patuere palatia Regum:
Et subij admissus tecta superba Ducum.
Num quenquam lesi? nym quando illectus honore,
Eripui dominis sceptrâ decora suis?
Sit procul omne nefas, non tollo nec ambio regna:
At superum humanas robore tutor opes.
Nam diue auspicio Matris, floremq; vigentque,
Quorum est præceptis consona vita meis.
Quid trepidem queris Mariæ ò studiosa iuuentus,
Largiar aduentu cum bona tanta meo?

Scilices

Scilicet hec una est & maxima causa timoris:
Largiar aduentu quod bona tanta meo.
Sic etenim humanos mutarunt tempora mores:
Peiora ut referas quo meliora facis.
Absona quæ dico, fateor, sed vera probauit
Exemplo genitrix intemerata suo.
Ah quoties humili, celo spectante, rogatu,
Iam percussuro sustulit arma Deo.
Ah quoties nostræ cladem miserata ruine,
Iustam iram nati leniit ipsa sui.
Gratia que meritis? dolor heu dolor obscurit ora:
Nec finit admixtus dicere verba pudor.
Nulla utinam meritis referatur gratia tantis:
Nam satius nihil est quam retulisse malum.
Ergone perpetuo quod suggerit ira tacebo?
Ito procul pudor hinc, hinc procul ito dolor.
Huic profuge similis meretrice, crudelior illi
Iudeus; alij est ambitiosa nimis.
His fabri coniux, alij meretricula celi est,
Hæc sacra pro meritis premia Virgo refert.
Quid mihi sperandum, qui talem mittor in orbem?
Num potero Domina tutior esse mea?
Vos igitur vera clari pietate Sodales,
Porrecta trepidum ducite queso manus.

**

503